



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

16. An si Petrus relinquit centum aureos pro centum Missis in aliqua Ecclesia celebrandis, si augeatur stipendum Sacerdotibus, teneatur hæres data caparitate hæreditatis supplere illam elcemosynam? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

## 8 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

tenet etiam Bord. num. 27. Tambur. num. 26. Lezana  
in Summa tom. 4. vers. Misso, n. 27.

5. Verum ego puto cum Auerfa loco citato, quod  
quamus ita sit ex vi decretorum: tamen ex debito  
ipsius rei, non est integrum Clericis, aut Religiosis  
tunc residentibus in ea Ecclesia, vel Monasterio, ex-  
pendere tunc, & insumere pecuniam suo commodo,  
& arbitrio, ac reliquere successoribus onus Missarum  
celebrandarum: sed oportet ex hac parte ita  
implicare pecuniam, ut saltem pro toto tempore quo  
durabit onus, annuos fructus reddat. Quod etiam  
notabit Tamburinus, vbi supra.

### RESOL. XVI.

*An si Petrus reliquit censem aureos pro centum Missis  
in aliqua Ecclesia celebrandis, si angatur stipendi-  
dium Sacerdotibus, teneatur heres, data capacitate  
hereditatis, suppleret illam elemosynam? Ex part. 2.  
tr. 14 Ref. 17.*

Sup.hoc sup.  
in Refol. 12.  
§. vlt. sed le-  
ge eam a  
principio.

§. 1. R Espondeo affirmatiue, quia testator non  
reliquit pecuniam simpliciter pro elemo-  
syna soluenda, sed pro Missis celebrandis, & si prae-  
uisset augmentum stipendij, non diminuerit Missarum  
numerum, quia hereditas eam effet sufficiens.  
Ita Homobonus de Bonis in exam. Eccl. part. 1. tr. 4.  
cap. 13. q. 118. Riccius in praxi p. 3. ref. 364. n. 1. Ge-  
nuensis in practicabilibus Eccl. tricen. 6. q. 179. Bar-  
bosa de potest. Epist. alleg. 29. n. 7. & alij.

### RESOL. XVII.

*An Legatum Missarum transeat ad heredes nominati  
non designatos?*

*Ex quo sequitur Sacerdotem obtinentem Capellaniam,  
de cuius fundacione nullo modo constat, sed illud tan-  
tem certum est teneri ad celebrandis quotidie in tali  
Ecclesia, vel Altari cum stipendio conuenienti: se-  
guitur, inquam, supradictum Sacerdotem teneri ap-  
plicare valorem Missarum pro Fundatore Capella-  
nia. Ex p. 9. tr. 8. & Miscell. 3. Ref. 69. alias 68.*

§. 1. T Itius v.g. condidit testamentum, & insti-  
tuit suos heredes Franciscum, & Ioannem,  
postea in quadam Capitulo dicti testamenti, grauit  
infra scriptos heredes soluere annuatim Ecclesia Ma-  
triti centum aureos, pro celebratione Missarum in  
subsidium animæ sua: quæritur, an mortuo Francisco,  
& Ioanne, alij heredes teneantur soluere dictum  
legatum? Et negatiue respondet doctus Iurisconsultus  
Petr. Surd. tom. 1. conf. 123. n. 17. vbi sic ait: Eris leg-  
atum annum reliqui Cuiutati, vel Ecclesiae, in  
perpetuum, duret ultra centum annos secundum opini-  
onem Iasonis, & aliorum (quam reprobamus); ta-  
men illud non habet locum, quando onus imponuit  
in perpetuum infra scriptis heredibus; quia cum pro-  
pter verbum, infra scriptis, onus extinguitur cum per-  
sona priorum heredum, facit Cotta mem. inc. heredis  
in si. Id quod multo magis vendicabit locum in pre-  
senti facto, in quo præter dictam restrictionem, alibi  
testator in eadem parte testamento loquitur de ipsis  
heredibus; quia verba faciunt onus esse personale,  
propter dicti ipsius, quæ personalissima est, & generaliter  
in fin. de off. Praesid. cum aliis apud Natram in  
conf. 163. n. 8. Et licet appellations hereditum veniat etiā  
heres heredis, tamen hoc fallit quando dictum est  
de ipsis heredibus, ipse est personalissima, ut dicit in  
terminis Bald. in conf. 304. vol. 5. vbi allegat dicto §.

hæc verba. Et infert, quod prohibitio alienandi eo  
modo concepta, non producitur ad heredem heredis.  
Et hanc decisionem dicit mirabilem, & singularem Iason  
in filius fam. §. diu. n. 15. 1. ff. de leg. 1. vbi Ferdinand. n. 12.  
dicit corde tenendā. Ripa n. 111. vbi idem dicit, quan-  
do dictum est de infra scriptis heredibus, Socini la-  
nior in conf. 144. n. 14. vol. 3. Natta d. cons. 163. n. 8. Al-  
ciatus in conf. 424. n. 3. Cagno in l. 2. n. 46. vers. 2. pri-  
cipaliter C. de pact. inter emp. & vend. vbi ait idem ellsa  
in pronomine. Hoc. Cotta in d. memor. incip. Her-  
dis, in princip. Tiraq. de retract. coenit. §. 1. glo. 6. n. 3.  
quia vbi est demonstratio personæ, dispensatio non  
transit in heredem: l. Seruus, in princip. ff. de statu li-  
beris. Roland. in conf. 59. n. 28. & seq. vol. 3. Cephalus  
conf. 352. n. 27. & seq. Menoch. conf. 82. n. 158. Hec  
omnia Surdus.

2. Sed contrarium sententiam tenuit Rota in una  
Romanensis Vineæ die 20. Febr. 1581. cotam Can-  
tuccij in decis. diuers. Rota, p. 2. decis. 140. vbi ita alle-  
rit: Nihilominus reliqua ad pias causas nominatim ab  
vno herede cœetur tacite repetita ab eius substituto,  
& ab eo debentur. Ita Romanus in Amb. Similit. p.  
15. Speciali, n. 65. & in 20. Speciali in fine ante n. 73. per  
text. in l. 3. §. Lucius ff. de alim. & cibar. quæ textua  
intelligit, ibi Bartolus in princip. post glossam, idem  
Bartolus in l. Mela, in princ. versic. Item quod relatis  
nominatim, sive eo tit. de alimentis, & cibis leg. Romani  
cons. 388. n. 5. Alexand. in l. licet Imper. n. 1. &  
ibi Iason, n. 8. idem Alexand. in l. Si. dubius, §. 1. alias  
circa finem princip. vers. & idem videtur dicendum,  
& ibi Iason, n. 14. & 15. de leg. 1. idem Iason in l. Si  
fundum, §. Stic. bum, n. 4. ff. eod. tit. Socin. reg. 10. n. 3.  
prop. fin. Decius conf. 182. n. 2. vers. 5. ad hoc citan-  
t. & conf. 273. n. 1. ad fin. Ruinus conf. 116. n. 3. & 4.  
lib. 3. & conf. 176. sub n. 17. lib. 5. Tiraq. de prin. p. cas.  
priu. 36. Gratian conf. 1. n. 24. lib. 2. Andri. de Bellet. in  
repet. l. n. 22. 8. C. de Sacrosanct. Eccl. Moder. Vinen.  
de coniel. vlt. volum. lib. 8. tit. 2. n. 6. & fuit resolutio  
coram R. P. D. Decano in una Romanen. Fideicom-  
missi, sive Legati, 16. Januarij 1581. que resolutio fuit  
postea coram eodem confirmata: Marij eiusdem anni,  
& insuper allegatus text. in l. Lucius Titius ff. de  
fideicommiss. libert.

3. Non obstat Parisius conf. 86. n. 77. lib. 1. concil-  
dens post Decium conf. 273. n. 1. & 2. quod favore pia  
causa substitutio facta in uno casu non debet exten-  
di ad alium, quando substitutio pia causa fuit limi-  
tata ad certum casum. Quia Decius loquitur in casu  
quo pia causa fuit vocata sive substituta principales  
in pecunia heredibus, & non pro salute anime celationis  
vel in casu, in quo si fieret extensio, restaret ablu-  
dum, quod quis sine culpa priuaretur, & contra vo-  
luntatem testatoris, prot. ipfemet Decius respondet.  
d. conf. 273. col. alt. 2. vers. non obstante allegata, & vers. 16.  
ad allegata. At fecut in casu nostro, in quo Testa-  
tor substituit pauperes pro anima sua, & sic confitit  
Decij facit pro hac parte. Hucusque Sancta Rota.  
4. Unde puto ab eius sententia non esse recedendi,  
& sic interrogatus de easu proposto in hac resolu-  
tione affirmatiue respondi: Tum quia priorum legato-  
rum interpretationem, à mente, & voluntate legato-  
rum petendam esse præcipiunt viri excellentes mis-  
divini, ac humani. Comitus Responsorum Mor-  
tuum lib. 7. q. 5. n. 2. & quando ex casu superueniente  
colligitur præsumptio, quod si testator cogitat, ita  
disposuerit, talis mens debet attendi per text. in l. To-  
le patrum, in fin. & in l. Acutissimi. C. de fideicommissis  
iuncta Glossa. & in l. generaliter, C. de Institutiōne. &  
substitutionib. sub conditione factu, Sylvest. verb. Testa-  
torum 1. q. vlt. concl. 8. Comitol. Responsorum Mo-  
rallium, lib. 7. q. 8. n. 4. Tum quia Testator voluntates  
dicuntur.